fecit & aridam; Mare de quo fugio. Aridam de qua
fugio; & eleganter ad diſtinctionem maris. non ter
ra ſed arida nuncupatur; & in breui uniuerſitatis oſten
ditur factor. qui & celi dn̄ſ ē. & terre & maris; Que
ritur aut̄ quomodo uere dicere conprobetur. Dn̄m
dn̄ celi ego timeo. cum eius p̄cepta non faciat; niſi for
te reſpondeamus. quod & peccatores timeant dn̄m. ſeruorū
q; ſit non diligere ſed timere; Quāq; in hoc loco timor
pro cultu poſſit intellegi. iuxta ſenſum eorum qui audi
ebant. & adhuc ignorabant dn̄m;

Et timuerunt uiri timore magno. & dixerunt ad eū;
quid hoc feciſti. cognouer̄ enī uiri quod a facie dn̄i
fugeret. quia indicauerat eis; LXX. & timuerunt
uiri timore magno. & dixer̄ ad eum. quid hoc feciſti.
cognouerunt enī uiri quod a facie dn̄i fugeret eo quod in
dicaſſet eis; Hyſtoriȩ ordo p̄poſterus ē. quia
enī poterat dici. nulla cauſa timoris ex eo fuit quod
eis confeſſus ē dicens. hebreus ego ſum. & dn̄m dn̄m celi ego
timeo qui fecit mare & arida; Statim ſubnectit.
quod idcirco timuer̄. quia indicauerat eis ſe dn̄i con
ſpectum fugere. & eius non fecisse p̄cepta; Deniq;
cauſantur & dicunt. quid hoc feciſti; Id ē ſi timeſ dn̄m.
cur fugis; Si tantę potentię p̄dicas que colis. quomo
do reputas eū poſſe euadere;

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 123, p. p.%2020 – Hieronymus, Commentarii in Ionam, Naum, Sophoniam, Aggaeum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0123/p.%2020)